e-codices

v erum hercle poſtremo ut ut eſt non ibo tn̄
s ed hunc uicinum prius conueniam q̄ domi redeam
v t mihi ediſ aliquas conducat uolo
v bi habitet iſtec mulier atq; eccum it foras.

LYSIMACHVS. DEMIPHO.

A dducam ego illam iam ad te ſicut uenero. De me dicit
Ly. quid aiſ demipho. De eſt mulier domi. Ly quid cenſes.
De Q uid ſi uiſam. Ly quid properas: De quid faciam. Ly quod
o puſ eſt facito ut cogiteſ. De quid cogitem equidem
h ercle opus hoc facto exiſtimo ut illuc introeam
Ly I ta ne ūo verbex introeas. De quid aliud faciam
Ly P rius hoc auſculta atq; hic ades priuſ ēt quod te facere
e go equum cenſeo nam nunc ſi illo introireſ amplecti uoleſ
c onfabulari atque oſculari. De tu quidē meum animū
g eſtas ſcis quod acturuſ ſim. Ly peruorſe facieſ
De Q uod ne ameſ. Ly tanto minus iam etatis plenus anima
F oetida ſenex hircoſus tu oſculere mulierem utine
A duenieus uomitum excutiaſ mulieri. De ſcio pol te amare
Q uom iſtec premonſtras mihi q̄d ſi ig̃ unam faciam hoc
h oc ſi cenſes coquum aliquem arripiamus prandiū q percoquat
A pud te hic uſque ad ueſperum. Ly hem iſtuc cenſeo nunc tu
S apienter loquere atq; amatorie. De quid ſtamus
Q uin ergo imus atq; obſonium curemus p̄lere ut ſimus
Ly E quidem te ſequor atq; hercle inueniſ tu locū illi ſi ſapis
N ullum hercle preter hunc diem illa apud me erit
M etuo ego uxorem craſ ſi rure redierit
N e illam hic offendat. reſ parataſt ſequere me.

CHARINVS. EVTHICVS.

S um ne ego homo miſer q nuſq̄ bene queo quieſcere
S i domi ſum foriſ eſt animus: ſin foris ſū animuſ domi eſt
I ta mihi in pectore atq; in corde facit amor incendium
N i ex oculiſ lacrume defendant iam ardeat credo caput
S pem teneo ſalutem amiſi. redeat an non neſcio
S i opprimit pater quod dixit exulatum abijt ſalus.
S ed tandem ſi podragoſis pedib; eſſet eutichus
÷S in ſodaliſ q promiſit fecit an abijt ſalus.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20163v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20163v)